

- 745 Personat aurata, docuit quæ maximus Atlas.
Hic canit errantem Lunam, Solisque labores:
Unde hominum genus, & pecudes: unde imber, & ignis:
Arcturum, pluviasque Hyadas, geminosque Triones:
Quid tantum Oceano properet se tingere Soles
750 Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet.
Ingeminant plausum Tyrii, Troesque sequuntur.
Nec non & vario noctem sermone trahebat.
Infelix Dido, longumque bibebat amorem;
Multa super Priamo rogatans, super Heclore multa:
755 Nunc, quibus Aurora venisset filius armis:
Nunc, quales Diomedis equi: nunc, quantus Achilles,
Immo age, & a prima, dic, hospes, origine nobis
Insidias, inquit, Danaum, casusque tuorum,
Erroresque tuos: nam te jam septima portat
760 Omnibus errantem terris & fluctibus ætas.

ludit cithara, ea quæ maximus Atlas docuit. Cantat ille errores Lunæ, & defectus Solis: unde oriatur genus hominum, & pecudes; unde pluvia & fulmina: canit Arcturum, & Hyadas imbriferas, & duos Triones; cur Sol hyemalis ita properet se lavare aquis Oceani, vel quæ mora retardat lentas noctes ætatis. Carthaginienses dant plausum, & Trojani eos imitantur. Mijera etiam Dido traducebat noctem raris, cum Æneam colloquit, & sensim hauriebat amorem: querens multa de Priamo, multa de Heclore: modo, quibus armis instructus filius Aurora venisset Trojam: modo quales essent equi Diomedis: modo, quantus esset Achilles, & septima portat, o hospes, inquit, & narra nobis dotos Græcorum a prima origine, ruinamque civitum tuorum, & tuos errores: nam ætas jam septima te circumfert errantem omnibus terris & maribus.

NOTÆ.

745. Atlas.) Bene Pænus ea narrat, quæ docuit Atlas Afer, rex Mauritaniz, qui cum esse astrologia peritissimus, cælum humeris sustinuisse dicitur; & in montem cognominem movit, objectu Gorgonei capitis, a Perseo juvenis filio, quem excipere hospitio noluerat.

748. Arcturum, &c.) Stellam procellosam, in signo Bootæ, prope caudam urzæ majoris; unde nomen habet ab *arctos* urza, & *arctica* cauda, G. l. 68. Hyadas.) stellæ septem in fronte tauri, quibus nomen est ab *hyas* pluvius, G. l. 138. Geminos Triones.) Urzæ duas, signa Borealia, quæ a rusticis plausum majus, ac plausum minus, olim dicta sunt: quia in majore septem stellæ ita dispositæ sunt, ut boves aratro subligatos retrahant: boves autem triones antiquis dicti sunt: quod arando, vel terram terant, juxta Varronem, quasi triones: vel strigas in terra excavant, juxta Scaligerum, quasi striones. In minore

vero stellæ item aliquot, licet multo minore, eundem fere situm imitantur.

749. Se tingere Soles.) Ex vulgi mente, cui sidera in Oceanum decumbere & lavari dicebantur. Sensus est; cur dies hyberni tam sint breves; & quæ mora se obstet noctibus ætatis, ut sero ac lente veniat: versus ille huc translatus est G. l. 481. 482. Soles, dies, vel Sol ipse.

754. Priamo, &c.) Trojano Rege, de quo passim lib. 2. De Heclore ejus filio, & Achille, supra v. 103. De Aurora filio Memnone, v. 493. De Diomede, Tydei filio, v. 101. De equis, quos Rhelo Diomedes abduxit, v. 476.

760. Septima ætas.) Hinc probat Segrelius ætate Æneam ad Africæ litus appulsum esse. Nec refert quod lib. 5. v. 626. sub ipsum sequentis veris initium, dicat etiam Beroc: Septima post Troje excidium jam vestitur ætas. Illic enim addit *venitur*, id est, translata est, & in altam ætatem vertitur & descedit, nempe in octavam.

P. VIRGILII MARONIS
ÆNEIDOS
LIBER II.

ARGUMENTUM.

NARRAT Didoni Æneas Trojani excidii seriem; ea est ejusmodi. Græci decenniali bello pene fracti, dolo capere urbem constitunt: fugam simulant; circa Tenedum insulam latent; equum relinquunt in castris, factum intus militibus. Quo per fraudem Siontis, cui fidem mori Laocoontis faciebat, in urbem indudo, noctu reserato ejus utero Græci prumpunt: admissoque exercitu, Trojam ferro & igne populantur. Admonerunt in somnis Æneas ab Heclore, ut fuga sibi consulat. Æneas mortem fugæ preterens, coacta manu, Græcos aliquot cædit; sumptisque eorum armis, suorum relictis fere obruitur. At vastata regia, Priamo Pyrrhi manu interfecto, Æneas domum reveritur, Ancebise patri sacra Penatesque committit, suis cum impositi humeris, & cum Ascanto filio, Creusaque uxore, fugam arripit. Mox amissa inter eundem Creusa, iter ad eam querendam relegit: occurrit mortuæ uxoris umbra, monesque se a Cybele in Phrygia destineri. Rediit ille in montem Idam, & cum sociis mari fugam parat.

Conticuere omnes, intentique ora tenebant.

Inde toro pater Æneas sic orfus ab alto:
Infandum, regina, jubes renovare dolorem:
Trojanas ut opes & lamentabile regnum
& Eruerint Danaï, quæque ipse miseram vidi,
Et quorum pars magna fui. Quis talia fando
Myrmidonum, Dolopumve, aut dari miles Ulyssæi

INTERPRETATIO.

Omnes siluerunt, & attentè comprimebant vocem. Tum pater Æneas sic incepti e superiorum parte lecti: jubes me, o Regina, renovare dolorem infandum, narrando quomodo Græci everterint potentiam Trojanam, & regnum deplorandum: & quæcumque vidi ipse digna miseratione, & quibus magna ex parte interfui. Quis Myrmidonum, aut Dolopum, aut quis miles duri Ulyssæi hæc commemorando

NOTÆ.

2. Ab alto.) Quia Æneas sedebat in altiore, id est, dextera parte lecti, Ascantius regem, cum regnum videret peste vastatum, precibus a love imperavit, ut formicæ, quas ingenti numero reptantes videbat, novos in incolas mutarentur. Aliqui sic fabulam explicant, ut putent Æneam insulam frequentiore ab ipso redditam, deducit ex Theffalia coloniis; telluræ enim a *potius formica*: quod, ut ait Strabo, Velleus initio historiz, *Theffaliam* prius vocatam esse Myrmidonum creditam, ac non nisi post Trojana tempora *Theffaliam*. Igitur fuerent, iremque laterum coctorum penuria in fossis habitarent. Fabulæ tamen ex eo potius *Theffali*.

7. Myrmidonum, &c.) Milites Achilles fuerunt, ex Ægina insula sinus Saronici, inter Peloponnesum & Atticam: sic dicti a *potius formica*: quod, ut ait Strabo, Velleus initio historiz, *Theffaliam* prius vocatam esse Myrmidonum creditam, ac non nisi post Trojana tempora *Theffaliam*. Igitur fuerent, iremque laterum coctorum penuria in fossis habitarent. Fabulæ tamen ex eo potius *Theffali*.

Temperet a lacrymis? & jam nox humida caelo
 Praecipiat, suadentque cadentia sidera somnos.
 10 Sed si tantus amor casus cognoscere nostros,
 Et breviter Troje supremam audire laborem:
 Quamquam animus meminisse horret, luctuque refugit?
 Incipiam. Fracti bello, fatique repulsi
 15 Ductores Danaum, tot jam labentibus annis,
 Instar montis equam, divina Palladis arte
 Edificant, sectaque intexunt abiete costas.
 Votum pro reditu simulant: ea fama vagatur.
 Hac delecta virum fortissimi corpora furtim
 Includunt caeco lateri, penitusque cavernas
 20 Ingentes, uterumque armato milite complent.
 Est in conspectu Tenedos, notissima fama
 Insula, dives opum, Priami dum regna manebant:
 Nunc tantum sinus, & statio male fida carinis.
 Hac fe proventi deserto in litore condunt.
 25 Nos abiisse rati, & vento petiisse Mycenas.
 Ergo omnis longo solvit se Teucra iusta:
 Panduntur portae; juvat ire, & Dorica castra,
 Desertotque videre locos, litusque relictum.
 Hic Dolopum manus, hic saevus tendebat Achilles:
 30 Clavibus hic locus: hic acies certare solebant.

Pars

ablineat a stetu? Et jam nos humida e caelo praecipit abir. & astra decedentia invitanti ad somnum. Sed sitanta tibi est cupiditas cognoscendi casus nostros. & breviter audiendi ultimam Trojae ruinam, quamvis mea mens abhorreat, & pra dolore recuset recordari, tamen incipiam. Ducei Graecorum, assistenti bello, & satis repulsi ab expugnatione urbis, tot annis iam elapsis, faciunt equum in modum montis, divino consilio Minervae, & firmum costae ex abiete scissa. Fingunt esse votum pro reditu sperantur in rumor. Ad eam rem fortissimi electa corpora militum, ea clam occultant in objectis lateribus equi. & magnas cavernas atque iterum profundae implent armatis militibus. Est in prospectu Tenedos insula, fama notissima, abundans opibus, dum regnum Priami saevit: nunc solum est sinus & statio parum nota navibus. Illic clausi occultant se deserto in litore: nos putavimus eos discessisse, & ventis propositis repetiisse Mycenam. Itaque Troja omni liberata est diuturno angore: portae aperuntur: dulces exiit, & aspice castra Graeca, & vacua patia, & litus derelictum. Hic turm. Dolopum, hic crudelis Achilles habebat tentoria: haec erat statio navium: hic exercitus solebant pugnare.

Pars

N O T A E.

Dolopum.) Eos quidam Thessaliae, Plinius Aetoliae, Ptolemaeus Epiro annumerat. Adit Strabo, praepositum iis fuisse a Pelco Achilles patre Phoenicem, qui cum Chirone centauro Achillis educationi praefuerat, eumque ad Trojam secutus est. Igitur Dolopes vel Phoenicis milites erant, vel Achilles, vel, ut alii volunt, Pyrrhi Achilles filii.
 Ulyssis. Ithacae & Cephaloniae insularum in Ionio mari, regis; cuius dolis Trojana expeditio praecipue promotae est: de illo passim hoc & aliis libris. Ulysses, pro Ulyssis, Genitivus, de quo Aen. l. 1. 224.
 8. Caelo praecipiat.) Nox abir, fugit e caelo.
 9. Suadentque cadentia sidera somnos.) Decedentia, die proxime imminente: quam interpretationem probavimus Aen. 4. 81.

15. Instar montis equum. (Gr.) De voce, instar, Aen. 6. 865. Equi fabricator fuit Epeus; materiam advehit Ajax Oilei. Equus autem ille non reipia equus fuit: sed, vel machina, cujusmodi est aries, qua muri forata, quam Graecis prodidiisse Antenor dicitur, vel signum Graecis darum, ut in pugna suos ab hostibus dignoscerent: vel equestrem notat pugnam, qua Graeci Troianos vicierint; vel montem Hippium, post quem laterentes Graeci nobilem oppraserint: ut enim est equus & ideo quibusdam videtur dixisse Virgilius: Instar montis equum.
 16. Aetiae, (Gr.) Aetiae: pro quovis ligno.
 17. Votum pro reditu.) Ad obtinendum felicem reditum: & Accius in Deiphobum die inscriptum ait equum fuisse. Minerva. donum armipotenti Danae abeantis dicit.

Pars supet innupte donum exitiale Minervae
 Et molem mirantur equi: primoque Thymetes
 Duci intra muros hortatur, & arce locari;
 Sive dolo, (seu jam Troje sic fata ferabant)
 35 At Capys, & quorum melior sententia menti,
 Aut pelago Danaum insidias suspectaque dona
 Praecipitare jubent, subjectisque urere flammis:
 Aut terebrare cavas uteri & tentare latebras
 Scinditur incertum studia in contraria vulgus.
 40 Primus ibi ante omnes, magna comitante caterva,
 Laocoon ardens summa decurrit ab arce,
 Er procul: O miseri, quae tanta infania, cives?
 Creditis aevtos hostes? aut ulla putatis
 45 Dona carere dolis Danaum? sic notus Ulysses
 Aut hoc inclusi ligno occultantur Achivi,
 Aut haec in nostros fabricata est machina murosque
 Inspectura domos, venturaque desuper urbi;
 Aut aliquis latet error: equo ne credite, Teucri,
 50 Quicquid id est, timeo Danaos & dona ferentes.
 Sic factus, validis ingentem viribus hastam
 In latus, inque feri curvam compagibus alvum
 Contorsit: stetit illa tremens, utroque recessum
 Infonere caevae gemitumque dedere cavernae.

Er,

Pars supet manus perniciosam oblatum innupte Palladi, & admiratur magnitudinem equi & primus Thymetes haeret ut admittatur intra muros, & statatur in arce: seu per fradem; seu jam fata Trojae ita volebant. At Capys, & quorum animo prudentior inerat sensus, aut suadet, ut abijciant dolos Graecorum & munera suspecta, comburantque suppositis ignibus: aut ut fodiant & explorent cavas latebras urbi. Plebs ambigua disrabitur in opposita consilia. Tunc prior coram omnibus Laocoon, magna turba sequente, decurrit celer e summa arce, & procul clamat: O miseri cives! quae tanta est stultitia? An putatis hostes esse profectos? aut existimatis ulla Graecorum munera carere fraudibus? Sic Ulysses cognitus est nobis? Aut Graeci latent clausi hoc ligno, aut haec machina fructa est contra nostra moenia, ad explorandum donos, & ex alio ingrediendum urbi; aut alius aliquis dolus latet: Trojani, ne fide hic equo. Quodcumque istud est, metuo Graecos, etiam dum munera dant. Cum haec dixisset, immisit totis viribus magnam hastam in latus, & in iterum equi curvatum junctum: haest illa tremens, & recessum utroque caeva spelta sonnerunt, & emiserunt gemitum.

Er,

N O T A E.

21. Tenedos.) Insula Hellepontii, contra Sigeum Troadis promontorium.
 25. Mycenae.) Urbem regiam Agamemnonis in Peloponneso, de qua Aen. l. 2. 282.
 26. Teucra.) Troja, a Teucro rege, Dardani fecero, Aen. l. 1. 239.
 27. Dorica.) Doris, Graeciae regio, inter Thessaliam, Aetoliam, & Phocidem; ad Par-nasium & Oetaen montes. Pro tota Graecia hic sumitur.
 29. Tendebat.) Tendebat tentoria: vox Tacito & Suetonio familiaris. Suet. in Galba 12. Germanorum cohortem venisset in patriam, quasi Ch. Dolabella, casus juxta hortes tendebat, praetorium. De Achille, Aen. l. 1. 123.
 31. Innupte Minervae.) Palladium cum dicitur esse aut speculum, aut machinam factam ignibus, qui deinde in subjectam urbem ingruerent.
 31. Feri.) Equi: sic Aen. 7. 409. de cervo: Pelebaeque ferum.

mones, quod homines bene moneat, utpote Dea sapientiae atque arcium.
 24. Sive dolo.) Habuit enim Thymetes illi quam prodendi Priami quasi nullam causam.
 26. Teucra.) Troja, a Teucro rege, Dardani fecero, Aen. l. 1. 239.
 27. Dorica.) Doris, Graeciae regio, inter Thessaliam, Aetoliam, & Phocidem; ad Par-nasium & Oetaen montes. Pro tota Graecia hic sumitur.
 29. Tendebat.) Tendebat tentoria: vox Tacito & Suetonio familiaris. Suet. in Galba 12. Germanorum cohortem venisset in patriam, quasi Ch. Dolabella, casus juxta hortes tendebat, praetorium. De Achille, Aen. l. 1. 123.
 31. Innupte Minervae.) Palladium cum dicitur esse aut speculum, aut machinam factam ignibus, qui deinde in subjectam urbem ingruerent.
 31. Feri.) Equi: sic Aen. 7. 409. de cervo: Pelebaeque ferum.

- Et, si fata Deum, si mens non levia fuisset,
- 54 Impulerat ferro Argolicas sedare latebras:
Trojaque nunc staret, Priamique arx alta maneres.
Ecce manus juvenem interea post terga revinctum
Pastores magno ad regem clamore trahebant
Dardanidæ: qui se ignotum venientibus ultero,
- 60 Hoc ipsum ut strueret, Trojamque aperiret Achivis,
Obtrulerat, fidens animi, atque in utrumque paratus,
Seu versare dolos, seu certæ occumbere morti.
Undique visendi studio Trojana juvenus
Circumfusa ruit, certantque illudere capto.
- 65 Accipe nunc Danaum insidias, & crimine ab uno
Disce omnes.
Namque, ut conspectu in medio turbatus, inermis
Constitit, atque oculis Phrygia agmina circumspexit:
Heu, quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora possunt
70 Accipere? aut quid jam misero mihi denique restat?
Cui neque apud Danaos usquam locus: insuper ipsi
Dardanidæ infensi pœnas cum sanguine poscunt.
Quo gemitu conversi animi, compressus & omnis
Impetus: hortamur fari, quo sanguine cretus,
75 Quidve ferat, memoret, quæ sit fiducia capto.
Ille hæc, deposita tandem formidine, fatur:

Cuncta

Et, si fata Deorum, si mens non fuisset sinistra, Laocoon persuasisset, ut violaremus armis Græcos latebras; & nunc staret, o Troja; & maneres, o arx alta Priami. Ecce interim pastores Trojani magno clamore ad Regem trahebant juvenem ligatum manibus post terga: qui sponte se ignotum tradiderat venientibus, ut illud ipsum firmaret, ac deinde panderet Trojam Græcis, confidens animo, & paratus ad utrumque, seu ad faciendam fraudem, seu ad mortem certo subeundam. Undique Trojana juvenus cupiditate videndi circumfusa accurrit, & insul-tat certantem captivo. Audi jam dolos Græcorum, & ab una eorum fraude cognosce omnes Græcos. Scilicet ut stetit in medio conspectu, suspensus, sine armis, & circumspexit oculis Trojana turmas: Heu, inquit, quæ jam terra, quæ maria possunt me excipere: aut quid misero mihi denique restat? Cui neque locus usquam est apud Græcos: præterea ipsi Trojani inimici pœnas cum sanguine repetunt. Quo gemitu multati sunt animi, & vis omnis cohibita est: hortamur ut loquatur, & narret, quæ stirpe natus sit, quid mittit, quæ fides adhibenda sit ipsi captivo. Ille compresso denique metu sic loquitur:

Ego

N O T Æ.

54. *Læva.*) Fata significat contraria, ut G. 4. 7. Numina læva: mœnem vero imprudentem, ut Ecl. 1. 16. Si mens non læva fuisset. Ubi de ambigua vocis hujus potestate lule agitur.
55. *Argolicas sedare.*) *Argolicas*, Græcas ab *Argi*, urbe Peloponnesi, de qua *Æn.* 1. 289. *Fœdare.*) Lacerare, vulnerare: *Æn.* 3. 241. *Obsecans ferro sedare, volneres.*
59. *Dardanidæ.*) Trojani a rege Dardano, Teucri genero, *Æn.* 1. 239. De *Achivis*, Græcis, *Æn.* 1. 492.
68. *Phrygia.*) Trojana, quia Troas in Phrygia minore fuit, *Æn.* 1. 385.
78. *Argolica.*) De *Argi*, urbe Peloponnesi, *Æn.* 1. 289.
81. *Fando aliquid.*) Gerundina modo passive significant; ut hic, *fando*, id est, dum aliquid dicitur: modo active, ut supra v. 6. *Qui talia fando*, id est, dum dicit talia. Ita Servius.

82. *Belidæ Palamedis.*) Fuit Palamedes Nauplii filius, regis Eubœæ insule, in Ægæo mari: per Amymonem, Danaï filiam, ortum duxit a Belo Priaco, rege illius Africæ parthis, quæ deinde Ægyptus vocata est. Is Palamedes infestum habuit Ulyssidem duabus maxime de causis. I. Nolabat Ulyssides ad bellum Trojanum proficisci cum cæcæris Græcis; ideoque infantiam simulans, junctis ad aratum animalibus diversæ naturæ, ferebat saltem, Filium ejus Telemachum aratro Palamedes suspensurum; quo viso Ulyssides aratum suspenderit, atque ita minime sultrum esse judicatus est. II. Ulyssides ad bellum profectus, & in Thraciam deinde missus ad frumenta conveyenda, cum nihil retulisset, increpitus est a Palamede, qui illic ipse missus magnam frumenti vim advexit. Subtilissimo ingenio fuit Palamedes, & in otio callistorum reperit multa, literas

ras

- Cuncta equidem tibi, Rex, fuerint quæcumque, fatebor
Vera, inquit: neque me Argolica de gente negabo,
Hoc primum, nec, si miserum fortuna Sinonem
80 Finxit, vanum etiam mendacemque improba finget.
Fando aliquid, si forte tuas pervenit ad aures
Belidæ nomen Palamedis, & inelytia fama
Gloria: quem falsa sub proditione Pelagii
Infontem infando indicio, quia bella vetabat,
85 Demisere neci: nunc cassum lumine lugent:
illi me comitem, & consanguinitate propinquum
Pauper in arma pater primis huc misit ad annis.
Dum stabat regno incolomis, regnumque vigebat
Consilii; & nos aliquid nomenque decessit
90 Gessimus. Invidia postquam pellacis Ulyssidis
(Haud ignota loquor) superis concessit ab oris
Assidit vitam in tenebris luctuque trahebam
Et casum infantis mecum indignabar amici.
Nec tæui demens, & me, fors si qua tulisset
95 Si patrios umquam remeassem victor ad Argos
Promissi ultorem, & verbis odia aspera movi.
Hinc mihi prima mali labe: hinc semper Ulysses
Criminibus tertere novis: hinc spargere voces
In vulgum ambignas, & querere conscius arma.
100 Nec requievit enim, donec Calchante ministro...

Sed

Ego quidem, o Rex, vera, inquit, tibi aperiam omnia, quæcumque fuerint; neque nego me esse e genere Græco; hoc primum; nec adverja fortuna, esse miserum fecerit Sinonem, faciet etiam fallacem & mendacem. Si forte inter loquendum de aliquo re, venit ad aures tuas nomen Palamedis Belidæ, & per famam nobilit gloria; quem Græci sub falso prætextu proditionis innocentem morti addixerunt per crudelē calumniam, quia disuadebat bellum, nunc desunt propterea luce: pater meus pauper misit me, illi Palamedis comitem & sanguine cognatum, huc ad bellum, a prima adolescentia. Dum sabbus steti in regno, & regnum foris ejus consilii; ego quoque aliquid fama & honoris obtinui. Postquam invidiosa fallacis Ulyssidis (non ignota dico) abis ex hoc mundo sperere, tristis dicebam vitam in dolore ac tenebris, & clam indignaber ob mortem innocentis amici. Nec stiti injurus: & si me fortuna aliqua reduxisset, si aliquando redisset victor ad patriam meam Argos, promissi me fore ultorem, & querelis concitari acerbum odium Ulyssidis in me. Hæc mihi fuit prima origo calamitatis: inde semper Ulysses cepit me tertere novis criminationibus: inde emittere in plebem sermones dubios de me, & apud te reus querere ea unde mihi noceret. Neque vero cessavit, donec Calchante ministro...

N O T Æ.

ras quatuor ð, ð, e, x, ludos complures, multa de ponderibus.
83. *Falsa sub proditione Pelagii, &c.*) Sub specie proditionis. Ulyssides enim aurum in Palamedis tentorio clam deposuit: tum epistulam misit Priami ad Palamedem, qua gratia ei agebantur pro proditione, & aurum numeris loco fuisse datum indicabatur: quod cum Græci in ejus tentorio reperissent, infontem lapidibus obruerunt. Rem Diæus aliter narrat. Pelagii, Græci, proprie Thessalii, *Æn.* 1. 628.
84. *Indicatio.*) Relatione Ulyssidis, & auri indicatione. *Quia bella vetabat.*) Hoc mentitur Sinon in gratiam Trojanorum, ut fidem sibi apud eos faciat.
86. *Consanguinitate propinquum.*) Et hoc men-

titur Sinon: non enim Palamedis sanguine junctus fuit, sed Ulyssi, ex eadem *Antiochi & Sijpbi* stirpe.
88. *Regno incolomis, &c.*) Vel intelligit regnum Eubœæ, quod obtinebat Nauplius Palamedis pater; vel potius commune imperium & consilium Græciæ totius ad bellum Trojanum confociate.
99. *Querere conscius arma.*) Conscius: id est, sciens se rem occisi Palamedis, atque adeo e verbis & querelis meis unum peti. *Arma.*) Sunt cuspidibus rei faciendæ instrumenta & auxilia; hic, insidæ, fraudes, nocendi occasio.
100. *Calchante.*) Calchas, Græcorum augur: cupus abique consilio & divinatione nihil Trojanano bello gessum est. De *Achivis*, Græcis, *Æn.* 1. 492.

Sed quid ego hæc autem nequicquam ingrata revolvo?
 Quidve moror? si omnes uno ordine habetis Achivos,
 Idque audire sat est jamdudum; sumite pœnas:
 Hoc Ithacæ velit, & magno mercentur Atridæ.
 105 Tum vero ardemus scitari, & querere causas,
 Ignari scelerum tantorum artisque Pelagæ.
 Prosequitur pavitans, & sisto pectore fatur:
 Sæpe fugam Danaï Troja cupiere relida
 Moliri, & longo festi discedere bello.
 110 Fecissentque utinam! Sæpe illos aspera ponti
 Interclusit hyems, & terruit Ausfer euntes.
 Præcipue, cum jam hic trabibus contextus acernis
 Staret equus, toto sonnerunt æthere nimbi.
 Suspensi Euryppylum scitatum oracula Phœbi
 115 Mittimus, isque adyis hæc tristia dicta reportat:
 Sanguine placastis ventos, & virgine cæsa:
 Cum primum Iliacas Danaï venistis ad oras:
 Sanguine quærendi reditus, animaque sitandum
 Argolica. Vulgi quæ vox ut venit ad aures,
 120 Obsupere animi, gelidusque per ima cucurrit
 Ossa tremor; cui fata parent, quem pœcat Apollo.
 Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu
 Protrahit in medios: quæ sint ea numina Divam,
 Flagitat: & mihi jam multi crudèle canebant
 125 Artificis scelus, & taciti ventura videbant
 Bis quinos silet ille dies, testusque reculat

Pro-

At vero cur ego hæc frustra venarò vobis ingrata? aut cur moror? si eodem modo tractati omnes Græcos, & si jamdudum satis est hoc audire; sumite supplicium de me: hoc optaverunt Ulysses, & Atrida magno pretio emerunt. Tunc autem cupimus interrogare, & petere causas, inquit tantorum criminum & fraudis Græcæ. Pergit timens, & monenti animo ait: Sæpe Græci optaverunt fugam petere Troja relicta, & abire, fatigati diuturno bello. Et utinam id fecissent! Sæpe adverbia tempestas maris eos detinuit, & Ausfer terris eleventes. Præsertim cum jam flaret hoc loco equus exstructus & signi acernis, nubes tonuerunt toto aere. Inverti ad consulendum oraculum Apollini Euryppylum mittimus, & ille refert ex ejus penetratibus hæc tristia verba: O Græci, cum primo venistis ad litus Trojanum, proposistis ventos sanguine, & immolata virgine: reditus impetrandum est sanguine, & sacrificandum est anima Græcæ. Quæ vox postquam venit ad aures plebis, obsupervit animi, & frigidus timor penetravit in ossa intima, cui mortem desinent, quem petat Apollo. Tunc Ulysses magno tumultu eduxit in medios vatem Calchanta: quærit quænam sit illa voluntas Deorum: & multi mihi jam prædicabant crudèle crimen artificiosè Ulyssis, & clam prævidebant futura. Ille Calchas tacet per decem dies, & ocellus atnut

N O T Æ

104. Ithacus velit, &c.) Rem facietis optatissimum Ulysses Ithacæ regi, & Agamemnoni & Menelao Atræi filius.
 106. Pelagæ.) Græcæ, nam suspecta olim aut Græcorum fides. De Pelagis, Æn. 1. 628.
 De Danaï, Æn. 1. 34.
 111. Ausfer.) Ventus meridionalis, adversus redeuntibus a Troade in Græciam. De Ausfro, Ec. 2. 58.
 112. Acernis.) ex acere arbore. Ital. acero.
 114. Euryppylum.) Augurem nobilem, quem quadraginta navibus ad bellum Trojanum venisse ait Homerus Il. 2. 736.
 116. Virgine cæsa.) Iphigenia, Agamemnonis filia. Nam Græci Trojam profecti, cum ad Aulidum Bœotiae portum venissent, suspensis ventis & pestilentia grassante, consul-

runt oraculum; a quo responsum est, Agamemnonis filiam Diana esse immolendam; sed hæc in ipso sacrificio Diana lubrida est; & cervæ ejus in locum supposita; infa virgo in Tauricam regionem translata, ubi Dianæ sacerdotio functa est. Videtur tamen Virgilius cæsam affirmare: ut & Ovidius.
 118. Liantidum.) Et sacrificandum, differunt; nam liantè dicuntur illi, quorum sacrificium Diis gratum & acceptum est: vel a liantè, vel a liantè præcato duplex, unde & liantè nostræ derivantur. De Apolline, vaticiniorum Deo, Ec. 3. 104.
 123. Numina.) Hic sumi pro voluntate Deorum, haud dubium est; vide Æn. 1. 137. Ithacæ.) Ulysses, Ithacæ insulæ rex.
 125. Salsæ fruges.) Mola, plantæ species, ex

Prodere voce sua quemquam, aut opponere morti.
 Vix tandem magnis Ithacæ clamoribus actus,
 Composito rumpit vocem, & me destinat aræ.
 130 Assensere omnes: & quæ sibi quisque timebat,
 Unius in miseri exitium conversa tulere.
 Jamque dies infanda aderat: mihi sacra parari,
 Et salsæ fruges, & circum tempora vitæ.
 Eripi (fateor) leto me, & vincula rupi:
 135 Limosque lacu per noctem obscurus in ulva
 Delitui, dum vela darent, si forte dedissent.
 Nec mihi jam patriam antiquam spes ulla videndi,
 Nec dulces natos, exoptatumque parentem:
 Quos illi fors ad pœnas ob nostrâ reposcat
 140 Effugia, & culpam hanc miserorum morte piabunt.
 Quod te, per superos & conscia numina veri,
 Per, si qua est, quæ restat adhuc mortalibus usquam
 Intemerata fides, oro: miserere laborum
 Tantorum, miserere animi non digna ferentis.
 145 His lacrymis vitam damus, & miserescimus ultro.
 Ipse viro primus manicas atque arcæ levavi
 Vincula jubet Priamus, dictisque ita fatur amicis:
 Quisquis es, amissos hinc jam obliviscere Græjos,
 Noster eris: mihi quæ hæc edisserere vera roganti:
 150 Quo molem hanc immanis equi statuere? quis auctor?
 Quidve petunt? quæ religio? aut qua machina belli?
 Dixerat. Ille dolis instructus & arte Pelagæ,

Su-

declarare illum voce sua, aut obicere morti. Denique ægre coactus magnis clamoribus Ulysses, ex compasso emittit vocem, & me devotet altaribus, & passus sunt veriti in perniciem unius miseri ea, quæ unusquisque timebat sibi. Jamque dies funesta advenerat: mihi incipiebant parari sacrificia, & mola salsa, & temæ circa caput pendulae. Suldudum me morti, fateor, & abrupti catenas, & latui per noctem obscuram in herbis limosi lacu, donec præberent vela ventis, si fortasse præviturus essent. Neque mihi nunc spes ulla est videndi veterem patriam, & jucundos liberos, & patrem desideratum: quos illi fortasse ad sacrificium venient ob meam fugam, & expiabant hoc delictum necesse miserorum. Illic ergo precor te per Superos & Deos qui veritatem sciunt, per, si qua est inviolata fides, quæ superis usquam hominibus miserere miserum ejus, miserere animi indigna passi. His lacrymis concedimus vitam, & lacrimis miserescimus ultro. Ipse Priamus imperat solvi manicas, & catenas stritas, & amicos veritas se loquitur: Quisquis es, jam inde obliviscere Græcos reliquos, noster eris; sed hæc mihi petenti vere declara. Cur postulant hanc ingentem molem equi? qui hujus auctor est? aut quid petunt? quæ est in eo religio? aut quæ est hæc machina belli? Dixerat. Ille imbutus fraudibus & calliditate Græcæ, extu-

N O T Æ

ex sarre sive frumento, salso, tosto, ac molito: unde mola appellabatur; & victimæ, quarum fronti ante sacrificium imponebatur, dicebantur immolari, Ec. 8. 82.
 135. Ulysses.) Insula, faucia latior, vulgo lanæa & nivea, ex qua minores alix dependebant: unde Lucretius l. 2. 88. De Iphigenia immolanda: Cui simul insula virginis circumdata comptus, ex utraque parti malorum parte prolapsa est. Hac insula non tantum vicinæ, sed facerdotæ, & ipia etiam Deorum simulacra coronabantur; unde infra v. 168. Virgineas aut. Divæ contingere vitas.
 135. Ulva.) Herba qualibet palustris, sine certo nomine.
 141. Quod.) Vel est quocirca; vel redundat, ut sæpe apud Græcos; vel ut mihi videtur, pronomen est, quod te oro; id est hoc te oro, hoc unum te oro, miserere, &c. Sic Æn. 6. 263. Quod te per cali jucundum lamen & auras, Per genitorum oro, &c.
 142. Per, si qua est, &c.) Locutio poetis familiaris; & scilicet est: Per intemeratam fidem, si qua est intemerata fides hominibus. Sic Æn. 12. 56. Per, si quis, fœdatis tangis bonos animam. 146. Manicas.) Vox a manu deducta, significatue aliquando vestium partem, quæ manus & brachia protegit: aliquando vincula manuum, ut comedes, pedum.
 152. Arte Pelagæ.) Græci vasitric & mala fide infames fuerunt. De Pelagis, proprie Thestalis Æn. 1. 628.

Gg

154 Vos

Suffulit exutas vinculis ad sidera palmas.
 Vos, æterni ignes, & non violabile vestrum
 155 Testor nomen, ait; vos, aræ ensesque nefandis
 Quos fugi; vittæque Deum, quas hostia celsi
 Fas mihi Grajorum sacrata resolvere jura,
 Fas odisse viros, atque omnia ferre sub auras
 Si qua tegunt: teneor patriæ nec legibus, ullis.
 160 Tu modo promissis maneat, servataque ferves
 Troja fidem, si vera feram, si magna rependam
 Omnis spes Danaum & cepti fiducia bellis
 Palladis auxiliis semper stetit. Impius ex quo
 Tydides sed enim, scelorumque inventor Ulysses,
 165 Fatale aggressi sacro avellere templo
 Palladium, cæsis summa custodibus arcis,
 Corripuere sacram effugim, manibusque cruentis
 Virgineas auri Divæ contingere vittas:
 Ex illo fluere ac retro sublapsa referri
 170 Spes Danaum: fractæ vires, æreosa Deæ mens.
 Nix dubiis ea signa dedit Tritonia monstria.
 Vix positum castris simulacrum; arserat coruscæ
 Luminibus flammæ arrectis, fassisque per artus

Su-

extulit ad ætra manus solutas vinculis. Vos atque ignes æternos, et non violabile vestrum nomen invocavit: vos aræ et enses nefandi, quos evitari; et tantæ Deorum, quas victimæ gelari: licet mihi violare arcana sacramenta Græcorum, licet dissilire illos, & exponere cuncta in lucem, si occultant aliqua: neque vero jam oblitus sum ullis legibus patriæ. Tu tantum, o Troja, si promissis, & per me servata serva mihi fidem, si vera profero, si magna prelo. Tota spes Græcorum, & confidentia cepti tibi posita sunt in ipse Palladio, et aut sunt tangere sanguinolenti manibus obsequium insulam Deæ; ab illo tempore spes Græcorum cepti evanescere, & retro acta alere: vires infirmæ sunt, animus Deæ alienatus est ab his. Nec incertis portentis id significavit Pallas. Vix statua deposita est in castris Græcorum; cum flammæ eruperint ex ejus oculis subrectis, & salus sudor fluxit per

N O T A.

154. Vos, æterni ignes. Aliqui explicant de ignibus aræ, quos effugerat; alii melius cum Servio, de Sole, Luna, & sideribus aliis. Nam hæc putabant veteres, & ignea esse naturæ, & in æternum lucere, & habere divinitatem: & frequentur jurabant per sidera, Æn. 8. 429. *Castrum hoc & consilia sidera testor.*
 159. Si qua tegunt. Si pro quibusdam, non dubitantis, sed affirmantis est.
 164. Danaum. Græcorum. Æn. 1. 34. De Pallade. ibid. 43. & supra 31. De Tydide, Diomedæ Tydei filio, Æn. 1. 101. De Ulyssæ, supra v. 7. 166. Palladium. Scatua fuit Palladis, armata parmâ, id est, scuto previore, & hasta; eorum consecrata, ut crederent, urbem, in qua esset, inexpugnabilem fore. Aliqui dicunt e celo esse delapsam; alii factam esse obsequio Pelopis. Hanc Ulysses & Diomedes, sublapsi per cuniculos ante cloacas in urbem Trojam, ex arce subintraverunt: Diomedes deinde post excidium Troje tempellate aditus in Italiam, Deorum respectis monitus, ut Palladium Trojanis restitueret, dicitur illud Æneæ per Calabriam transivisse restituisse, vel eundem Æneæ amicis, cui nomen Nautæ. Ab

hoc illatum in Italiam, & Lavinii primum, deinde Alba, tum Romæ servatum in templo Væstæ, sub Vestalium & Nauticæ familie custodia, tam secreto, ut Herodianus tectetur, sub Commodi Imperatore cum templum Væstæ conflagasset, Palladium Romæ tunc primo visum esse. De ritu supra, 135. Virgine dicuntur, quia Pallus incepta. 171. Tritonia. Poniausia Mela l. 1. c. 7. paludem & anemem Africa Tritona memorat, non longe a Syrte minore, unde, inquit, Minervæ cognomen inditum est, ut incolæ arbitrantur, ubi genitrix: sicutinque ei sabule aliquam fidem, quod quem natalem ejus putant, iudicis virginum inter se deceptantium celebrant. Sic & Lucanus l. 9. 347. *Torquentem Tritonæ adit illius paludem.* Hanc & Pallas amat; patriæ que civitate nata Terrarum primam Elyen (nam proxima celo est, ut prolat ipse calor) testitur: flagrant que etæ Vultus, vidua aqua, possuntque in præcipue plantas. Et se dilicata Tritonia dixit ab ignis. Vel forte allusum est a Latinis auctoribus ad Græcum Palladis epithetum, quod dicitur lliad. 2. 157. & alibi, *ερωτα, indelecta, exerti timoris; a ερω, timore, & η privativo.*

Sudor lit, terque ipsa solo (mirabile dictu)
 175 Emicuit, parmamque ferens hastamque trementem
 Exemplo tentanda fuga canit æquora Calchas
 Nec posse Argolicis excindi Pergamæ telis
 Omina ni repetant Argis, numenque reducant
 Quod pelago & curvis secum advexere carinis
 180 Et nunc quod patrias vno petiere Mycenæ
 Arma Deoque parant comites, pelagoque remouso
 Improvisi aderunt: ita digerit omnia Calchas
 Hanc pro Palladio moniti, pro numine læso
 Effugiem statueres, nefas quæ triste piaræ.
 185 Hanc tamen immentam Calchas atollere molem
 Roboribus textis, cœloque educere iussit
 Ne recipi portis, aut duci in mœnia possit
 Neu populam antiqua sub religione tueri
 Nam si vestra manus violasset dona Minervæ
 190 Tum magnum exitium (quod Di prius omen in ipsum
 Convertant) Priami imperio Phrygibusque futurum
 Sinâ manibus vestris vestram ascendisset in urbem
 Ultra Asiam magno Pelopeta ad mœnia bello

Ven-

ejus membra, & ipsa ter exillit e terra, quassans clypeum & hastam trementem: quæ res est miranda dictu. Statim Calchas declarat tentandam esse fugam mari, nec posse Trojam everti Græcis armis, nisi resurant ex urbe Argi, alia suspicia, & reducant Palladem. Faventem, quidem prius, & curvis navibus secum adducant. Et nunc si vento redeant Mycenæ, in urbem patriam, parant nova bella, & Deos sacros, & mari iterum trajecto advenit inexpectati; sic Calchas disponit omnia. Pro Palladio raptò, & Dea offensa, admoniti exstiterunt hoc simulacrum, quod expiarat sanctum crimen. Tamen Calchas præcepit eos expungere si quis compactis hanc molem altissimam, & eam ad caelum erigere: ne possit capi portis, & induci in muros: necesse servare populam secundum antiquam religionem. Nam dicebat, si vestra manus lesisset hoc oblatum Palladi munus, tunc magnum rûnam imminere regno Priami & Phrygiæ, quod tantanum Diu potius converteriant in ipsam Calchanti: si vero manibus vestris inducunt jusset in urbem vestram, sponte Asiam magnum copis venturam esse ad vires Peloponnesi.

N O T A.

176. Calchas, &c. Græcorum vates.
 177. Pergamæ. Arx Trojæ; Æn. 1. 470.
 Argi, & Mycenæ, urbes Peloponnesi, regni Agamemnonis, Æn. 1. 288.
 178. Omina ni repetant, &c. Respexit morem Romanorum, inquit Servius: nam si egressi male pugnascent, revertentur ad captandam rursum auguriâ: aut si longius abessent Roma, locus aliquis ex agro capri-vo Romanus hebat, in illa provincia, in qua bellabatur, ad quem, si renovanda essent auspicia, dux rediret.
 182. Omina Calchas. Legunt aliqui omnia, nec male.
 186. Roboribus. Vel species est quercus robur, vel lignum quodvis durissimum, Georg. 1. 162.
 188. Antiqua sub religione tueri. Id est, in locum Palladii succedere, quod antiquo cultu & populi credulitate urbem servaturum erat.
 191. Phrygiæ. Trojanis, in minore Phrygia sita, Æn. 1. 287.
 193. Asiam. Duplex est major & minor; Asia, e tribus mundi partibus, quas veteres agnovant, longè maxima est: quam ab Eu-

ropa Tanais fluvius, Pontus Euxinus, & Ægeum mare determinant; ab Africa sinus Arabicus: nunc in partes distinctæ præcipue sex, imperium Moscoviticum, Tartaricum, Turcicum, Persicum, Indicum, & Sinesem. *admiror*, peninsula est majoris Asiæ, maxime occidentaliss: inter Pontum Euxinum, & eam mediterranei maris partem, que Isthmo terminatur: nunc *Naxos*: de hac ferio hic est, qua in ea orat Troja.
 Pelopeta ad mœnia. Vel, *exort*, ubi præcipue regnavit Pelops: vel eam peninsula insulam Corinthiæ Græciæ annexam: que cum Asia dicebatur, Peloponnesus deinde, id est, *insula Pelopis*, vocata est a Pelope; qui e Phrygia; ubi Tantalus ejus pater regnaverat, coloniam eo deduxit. Pelops a Tantalò patre dicitur appositus insule Diis ad epulas, cumque humerum avidior Ceres comedisset, eburneo humero donatus a Jove. *Oenomaus* deinde regem Elidis curuli certamine vixit, fraude aurigæ Myrtili, qui venterem axi subduerat: atque ita Hippodamiam Oenomaus filiam solum, & proci obstruit, aliis tredecim ab Oenomaus jam ante vixit &

- Venturam, & nostros ea fata manere nepotes.
 195 Talibus insidiis, perjuriq; arte Sinonias
 Credita res: captique dolis, lacrymifque coacti,
 Quos neque Tydides, nec Larissæus Achilles,
 Non anni domuere decem, non mille carinæ.
 Hic aliud majus miseris multoque tremendum
 200 Objicitur magis, atque improvida pectora turbat.
 Laocoon, ductus Neptuno sorte sacerdos,
 Sollemnes taurum ingentem maclabat ad aras.
 Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta
 (Horreico referens) immensis orbibus angues
 205 Incumbunt pelago, pariterque ad litora tendunt:
 Pectora quorum inter fluctus arrepta, jubaque
 Sanguineæ exsuperant undas; pars cætera pontum
 Pone legit, sinuatque immensa volumine terga.
 Fit sonitus spumante salo: jamque arva tenebant,
 210 Ardentesque oculos suffecti sanguine & igni,
 Sibila lambabant linguis vibrantibus ora.
 Diffugimus visu exsangues: illi agmine certo
 Laocoonia petunt: & primum parva duorum
 Corpora natorum serpens amplexus uterque
 215 Implicat, & miseris morsu depascitur artus.
 Post ipsum auxilio subeuntem ac tela ferentem
 Corripunt, spiritisque ligant ingentibus: & jam

Bis

Et ea fata spectare nostros posteror. Talibus dolis, & vassite perjury Sinonias res credita est; & decepti fraudibus, ejuque factu subacti sunt illi, quos neque Diomedes, nec Achilles Larissæus, nec decem anni, nec mille naves peruberant. Tunc aliud majus & longe magis terribile portentum obijcitur miseris Trojanis, & turbat incautas mentes. Laocoon sorte electus sacerdos Neptuno, sacrificabat magnam taurum ad solennia altaria. Ecce autem (horreico narrans) duo serpentes immensi spiritus a Tenedo emissi per mare sedatum, inatant undas, & simul accedunt ad litus: quorum pars anterior salubria est, & sub orbe clypei. Tunc vero novus timor omnibus illabatur in corda ditona: ajuntque Laocoonia dignum fuisse pœna, quam perlocut: qui vulneravit telo sacrum liquorum, & immisit tergo hastam impiam. Clamant invendendum esse in urbem equum, & orandum Deo divinitatem. Evolvimus muros, & aperimus munimenta urbis: Omnes preparant se ad opus: & pedibus equi rotarum apponunt urbes, & insistant collo funes, & supra: fatalis machina intrat muros, plena armatis: circum pueri & virgines puellæ canunt sacra carmina, & gaudent tangere manu funes. Machina progreditur, & minans insiditur in mediam urbem. Opatria, o Troja feres decurum, & matris Trojanorum nobile bello!

N O T Æ.

occlusis: eam enim is posuerat legem, ut vitus moreretur, vidori filia nuberet; monitus Oraculis a genero sibi mortem immineret. Pelops ex Hippodamia Arcum ac Thyestes m suscepit: Atræus Menelaum & Agamemnona. Pelopia, quatuor syllabis Græca diphthongo, Pelopeia.
 197. Tydides, &c.) Diomedes Tydei filius, Æn. 1. 101. Larissæus Achilles.) Pthichius porius; quia Pthiæ natus est; cum ejus pater Pelæus, ex Agina insula propter fratris sui Peoci cædem profugus, ab Eurytione Pthiæ regem in tertiam regni partem aditus esset. Sed Pthiæ & Larissæ vicinæ sunt Thessaliæ urbes.
 198. Mille carinæ.) Homerus in catalogo numerat mille centum & octoginta lex. Carinæ proprie est trabs ima, quæ fundamentum est totius navis: vulgo pro tota navis usurpatur.
 201. Neptuno sorte, &c.) De Laocoonis filio pra v. 41. De Neptuno Æn. 1. 129. Sorte ductus

est sacerdos Laocoon, quia ubi non erant certi Deo sacerdos, forte duci mos erat: non erant autem apud Trojanos Neptuno, vel ex quo Laomedon Neptunum contemperat: vel ex quo Trojani ejus sacerdotem interfecerant, quia sacerdotis adventum Græcorum non venterat. Nunc itaque rati Græcos ab illo, sacra Neptuno faciendâ putaverunt ipso in litore, & fors in Laocoonia cecidit, jam antea sacerdotem Apollinis. De Tenedo insula Helleponti, supra v. 21.
 209. Salo.) Mari; Æn. 1. 547.
 212. Agmine certo) Certo & ordinato motu: sic G. 3. 423. Extremæque agmina caude: locum vide.
 221. Sanie vittus.) Sanies est sanguis mutatus acere corruptus, atro colore permixtus. De vitis supra v. 133.
 225. Delubra.) Tempia sic dicta, a deluo; quia plerumque ante templa fontes erant, aut

- Bis medium amplexi, bis collo squamea circum
 Terga dati, superant capite & cervicibus altis.
 220 Ille simul manibus tendit divellere nodos,
 Perfusus sanie vittas atroque veneno;
 Clamores simul horrendos ad sidera tollit;
 Quales mugitus, fugit cum faucibus aram
 Taurus, & incertam excussit cervicem securim.
 225 At gemini lapsu delubra ad summa dracones
 Effugiunt, sævæque petunt Tritonidis arcem:
 Sub pedibusque Deæ, clypeique sub orbe teguntur.
 Tum vero tremefacta novus per pectora cunctis
 Insinuat pavor: & scelus expendisse merentem
 230 Laocoonia ferunt; sacrum qui cuspidem robur
 Læserit, & tergo sceleratam intorserit hastam.
 Ducendum ad sedes simulacrum, orandaque Divæ
 Numina conclamant.
 Dividimus muros, & mœnia pandimus urbis.
 235 Accingunt omnes operi: pedibusque rotarum
 Subjiciunt lapsus, & stupea vincula collo
 Intendunt: scandit fatalis machina muros,
 Fœta armis: pueri circum innuptæque puellæ
 Sacra canunt, funemque manu contingere gaudent.
 240 Illa subit, mediæque minans illabatur urbi.
 O patria, o Divum domus Ilium, & incluta bello

Mæ-

his complexi medium, bis circumdantes ejus collo dorsa squamosa, excedunt capite & collis altis. Ille simul conatur manibus disjungere nexum, infectus circa sanie tabo & nigro veneno: simul emittit ad ætra clamores horrendos: tales, quales mugitus emittit taurus, cum vulneratus fugit altaria, & excussit e collo securim dubio ictu impactam. At gemini angues serpendo surgunt ad summa templa, & aleant in adem sævæ Minervæ: & occulantur sub pedibus simulacri, & sub orbe clypei. Tunc vero novus timor omnibus illabatur in corda ditona: ajuntque Laocoonia dignum fuisse pœna, quam perlocut: qui vulneravit telo sacrum liquorum, & immisit tergo hastam impiam. Clamant invendendum esse in urbem equum, & orandum Deo divinitatem. Evolvimus muros, & aperimus munimenta urbis: Omnes preparant se ad opus: & pedibus equi rotarum apponunt urbes, & insistant collo funes, & supra: fatalis machina intrat muros, plena armatis: circum pueri & virgines puellæ canunt sacra carmina, & gaudent tangere manu funes. Machina progreditur, & minans insiditur in mediam urbem. Opatria, o Troja feres decurum, & matris Trojanorum nobile bello!

N O T Æ.

aut lacus, ubi templa ingressuri deluebantur.
 226. Tritonidis arcem.) Minervæ Tritoniæ, de qua supra, v. 177. Arcem: Vel Trojanæ urbis, in qua templum illud erat, ut v. 41.
 230. Robur.) Lignum quodvis durius, G. 1. 163.
 231. Tergo.) Dixit, v. 51. In lapsu, inque ducunt. Ergo a tergo equum aggreditur, idem in eam impigit lateri partem, quæ avo contermina est.
 234. Muros, & mœnia, &c.) Ita distinguit Germanus, ut muros velit esse lapideum ambitum, quo urbs cingitur; mœnia munitiones, turres, & id genus cætera, a quibus muri detenduntur.
 235. Accingunt.) Supple se, ut v. 229. Insinuat pavor.
 241. Divum domus Ilium.) Quia murorum fructores habuit Neptunum & Apollinem: quia Ganymedem Jovis; Tithonium Auroræ delicias, & stirpe regia protulit. De Ilio, Troja, Æn. 1. 3. De Dardanidis, Trojanis, ibid. 246. Caf-

Mœnia Dardanidum! quater ipso in limine poræ
 Substitit, atque utero sonitum quater arma dedere.
 Inflammus tamen immemores, cœcique furore,
 245 Et monstrum infelix sacrata sistimus arce.
 Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
 Ora, Dei iussa, non umquam credita Teucris.
 Nos delubra Deum miseri, quibus ultimus esset
 Ille dies, festa velamus fronde per urbem.
 250 Vertitur interea cœlum, & ruit Oceano nox,
 Involvens umbra magna terramque, polumque,
 Myrindonumque dolos: fusi per mœnia Teucris
 Conticuerunt: sopor fessos complectitur artus.
 Et jam Argiva phalanx instructis navibus ibat
 255 A Tenedo, tacite per amica silentia Lunæ,
 Litora nota petens: flammam cum regia puppis
 Extulerat; fœditque Deum defensus iniquis,
 Inclusos utero Danaos & pinea fortim
 Laxat claustra Sinon: illos patefactus ad auras.
 260 Reddit equus, lætisque cavo se robore promunt
 Titandrus Sthenelusque duces, & dirus Ulysses.

De-

scripsit quater in ipso aditu poræ, & quater arma in ejus alvo ediderunt scriptum. Utque
 tamen improvidi & obcecati insania, & locanus sinefatum portentum in sacra arce. Tunc etiam
 Cassandra solvit in vaticinia futurae ruinae vocem, Phœbi volentem, nunquam creditam a Tro-
 jans. Nos miseri per urbem tegimus festivo ramis templa Deorum, quibus dies ille futurus
 erat extremus. Interim cœlum mutatur, & nox cadit in Oceanum legens magnis umbris, &
 terram, & cœlum, & frange Graecorum Trojani sparsit per urbem siluerunt: somnus tenet las-
 sa membra. Et jam exercitus Graecus armatis navibus profectus ab Tenedo, per opportuna
 silentia Lunæ tacite accedens ad litora cognita: cum patri regis sustulisset facem; Sinon quoque,
 proteclus violentate Deorum nobis inclusa, aperuit clam ligna claustra, & Graeci in cavo clau-
 sros: equus apertus effundit eos in arcem: & hilares emittunt se e cavo ligno duces Titandrus
 & Sthenelus, & improbus Ulysses.

N O T Æ.

246. Cassandra. Priami & Hecubæ filia,
 quæ cum ab amatore Apolline artem acce-
 pisset vaticinandi, nec ei tamen gratiam acce-
 pisset mutui retulisset, indignatus Deus ef-
 fecit, ut a Trojans nides ipsius vaticiniis non
 haberetur. Nuptis sub extremis illius belli
 temporibus Chorocho capta urbe, vitata est
 ab Ajaxe Oilei, in ipso Minervæ templo, &
 in prædam Agamemnoni cecit; quem cum ad-
 moneret sepe de cavendis Clytemnestrae infidi-
 diis, nec dido haberet audientem, cum ipso
 deinde, Agisti & Clytemnestrae scelere, in
 convivio obruncata est. De delubris, supra v.
 225. De Myrindonibus, Achilli subditis, v. 7.
 250. Ruit Oceano nox. Sole nimirum in
 Oceanum, ut fingitur, cadente, conlequitur
 istam nox, & post eum præcipitat Ocea-
 no, id est, in Oceanum. Sicut, ut clamor
 cælo, id est, ad cœlum.
 254. Argiva phalanx. Phalanx proprie Ma-
 cedonum est, agmen pedestre, perperuo un-
 bonum textu confertum, atque ita pundo
 impetu in hostes incurrens; unde nomen ha-
 bet juxta Suidam, a πρῶτον ἄρτι, accedere
 proprie. Ex Vegetio habebat hominum octo
 millia. Argiva, Græca ab Argis urbe Pelo-
 ponnesi, de qua Æn. 1. 289. De Tenedo, Hel-
 lespontici insula, supra v. 21.
 255. Silentia Lunæ. Non explices de Lu-
 na cum Sole conjuncta, quæ tunc dicitur si-
 lens, quia minime lucet; sed intellige de me-
 dia & silente nocte, ut explicabimus v. 340.
 261. Titandrus. Servius ait eum fuisse fi-
 lium Polyneici illius, qui de regno Thebano
 cum fratre Eteocle confilgens occidit; sed
 hunc Polyneicis filium vulgo Thebandum, non
 Titandrum, vocant. At Servius Thebandum
 hic legit; Pomponius, Thebandum.
 Sthenelus. Filius illius Capanei Argivi,
 qui eodem Thebano bello Polyneicem secutus
 occiderat, vel Jovis fulmine, vel Thebanorum
 lapidatione obrutus.
 Duces Non ad Titandrum & Sthenelum dum-
 taxat vox illa pertinet, sed ad Ulyssidem etiam,
 & Neoptoleum, & alios, quos hic appellat.
 263. Pelidæque Neoptolemus. Pyrrhus, A-
 chillis & Deidamiae filius; Pyrrhus dictus a
 colore capillorum: nam ὄφις, coluber est; Neo-
 polemus, a νέος novus, & πολέμους bellum
 quia admodum adolescens, ad belli Troja-
 ni reliquias perducens ad bellum
 titis absque aliquo hæc admodum capi Trojam
 non

Demissum lapsi per funem, Athamasque, Thoasque,
 Pelidæque Neoptolemus, primisque Machaon,
 Et Menelaus, & ipse doli fabricator Epeus.
 265 Invadunt urbem somno vinoque sepultam:
 Cæduntur vigiles: portifuge parentibus omnes
 Accipiunt socios, atque agmina conscia jungunt.
 Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris
 Incipit, & dono Divum gratissima serpit.
 270 In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector
 Visus adesse mihi, largosque effundere stus:
 Raptatus bigis, ut quondam, aterque cruento
 Pulvere, perque pedes trajectus lora tumentes.
 Hei mihi, qualis erat! quantum mutatus ab illo
 275 Hectore, qui redit exuvias indutus Achillis,
 Vel Danaum Phrygios jaculans puppibus ignes!
 Squalentem barbam, & concretos sanguine crines,
 Vulneraque illa gerens, quæ circum plurima muros
 Accipit patrios. Ultero flens ipse videbar
 280 Compellare virum, & mœstas expromere voces:
 O lux Dardanæ! spes o fidissima Teucrum!
 Quæ tantæ tenuere moræ? quibus Hector ab oris

Exspe-

descendentes per funem dejectum, & Athamas, & Thoas, & Neoptolemus, Pelæi nepos, &
 primus Machaon, & Menelaus, & ipse Epeus architectus doli equi. Agreduntur urbem im-
 pediant como ac somno occiduntur exuvibus. & aperti portis admittunt omnes socios. &
 conjungunt turmas ejusdem consilii participes. Tempus erat, quo primus somnus fessis hominibus
 subit, & Deorum munere gratissima illæbitur. Ecce per somnum Hector tristissimus visus est
 mihi, adfere præ oculis, & emittere copiosas lacrymas: tractus equis, ut olim, & niger langui-
 no pulvere, & transfusus loris per pedes tumidas. Hei mihi, qualis erat! quam diversus ab
 illo Hectore, qui venit ornatus spolis Achillis, vel cum inieisset ignes Trojans in naves Gra-
 eorum! habens barbam sordidam, & capillos coherentes sanguine, & plagas illas, quas multas
 accepit circa muros patriæ. Ego plorans videbar primus aliquid virum, & emittere hæc tristia
 verba: O lux Trojæ! o spes fidelissima Trojanorum! quæ tantæ longa moræ te detinuit? He-
 ctor optato, quibus & regionibus.

N O T Æ.

non posse. Troja capta Priamum interfecit,
 Polyxenam Priami filiam sub Achillis tumulo
 immolavit, Andromachen Hæctoris uxorem
 ex præda captivam habuit, Moloësum ex ca-
 suscepit: & cum eam deinde matrimonio jun-
 xisset Heleno Priami filio, ducturus Hermio-
 nem Menelai & Helenæ filiam, ab Oreste A-
 gamemnonis filio, cui Hermione deponata
 fuerat, in Delphico Apollinis templo interie-
 ritus est. Pelidæ vocatur, quia Pelæi nepos,
 qui Aæci filius regis in Ægina insu-
 la, & Thetidis maritus.
 Primusque Machaon. Esculapii filius, Po-
 dalli frater; uterque medicus insignis fuit,
 præcipue sanandis vulneribus. Primus: id
 est, primo loco delapsus per funem: nec ob-
 stat quod Titandrus & reliqui supra vocati
 sint duces, utrum enim duces dignitate ac
 munere, non descendendi ordine.
 264. Menelaus, Atræi filius, Agamemno-
 nis frater, Tyndaræi Spartani regis gener, ac
 deinde successore; maritus Helenæ, quam cum
 raptam a Paride frustra legationibus a Priamo
 repetisset, sociam totius Græciæ bello repe-
 tit, recepitque tandem everto Trojano re-
 gno: & contenta navi, postobitavum erro-
 ris annum domum rediit.
 Epeus. Ideo equi lignæ fabricator dicitur,
 quia murem reperit machinam, quæ
 vocatur etiam arx, ex Plin. lib. 7. 56.
 272. Raptatus bigis. De Hectore bis rap-
 tato, Æn. 1. 487. De bigis & quadrigis, duobus
 & quatuor equis, sub eodem jugo con-
 junctis, Georg. 1. 512.
 275. Exuvias Achillis, &c. Cum nempe
 Achilles et Graecorum castris recessisset, of-
 fensus Agamemnon ob creptam sibi Briseida;
 territi navium incendio Græci, frustra præci-
 bus Achillem tentaverunt, Patroclus impri-
 mis, ipsi carissimus, qui cum ad reditum
 impellere cum non posset, rosavit, sua sibi
 saltem arma militæque fuos concederet, quibus
 Trojanis metum incuteret. Ad concors-
 fit Achilles; ab Patroclus, Achillis armis in-
 ditus, ab Hectore occisus est. Igitur per A-
 chillis exuvias, Achillis arma intellige; quibus
 Achilli quidem, sed Patroclo direpta. Ita
 repetisset, sociam totius Græciæ bello repe-
 tit, recepitque tandem everto Trojano re-
 gno: & contenta navi, postobitavum erro-
 ris annum domum rediit.
 272. Raptatus bigis. De Hectore bis rap-
 tato, Æn. 1. 487. De bigis & quadrigis, duobus
 & quatuor equis, sub eodem jugo con-
 junctis, Georg. 1. 512.
 275. Exuvias Achillis, &c. Cum nempe
 Achilles et Graecorum castris recessisset, of-
 fensus Agamemnon ob creptam sibi Briseida;
 territi navium incendio Græci, frustra præci-
 bus Achillem tentaverunt, Patroclus impri-
 mis, ipsi carissimus, qui cum ad reditum
 impellere cum non posset, rosavit, sua sibi
 saltem arma militæque fuos concederet, quibus
 Trojanis metum incuteret. Ad concors-
 fit Achilles; ab Patroclus, Achillis armis in-
 ditus, ab Hectore occisus est. Igitur per A-
 chillis exuvias, Achillis arma intellige; quibus
 Achilli quidem, sed Patroclo direpta. Ita
 repetisset, sociam totius Græciæ bello repe-
 tit, recepitque tandem everto Trojano re-
 gno: & contenta navi, postobitavum erro-
 ris annum domum rediit.
 272. Raptatus bigis. De Hectore bis rap-
 tato, Æn. 1. 487. De bigis & quadrigis, duobus
 & quatuor equis, sub eodem jugo con-
 junctis, Georg. 1. 512.
 275. Exuvias Achillis, &c. Cum nempe
 Achilles et Graecorum castris recessisset, of-
 fensus Agamemnon ob creptam sibi Briseida;
 territi navium incendio Græci, frustra præci-
 bus Achillem tentaverunt, Patroclus impri-
 mis, ipsi carissimus, qui cum ad reditum
 impellere cum non posset, rosavit, sua sibi
 saltem arma militæque fuos concederet, quibus
 Trojanis metum incuteret. Ad concors-
 fit Achilles; ab Patroclus, Achillis armis in-
 ditus, ab Hectore occisus est. Igitur per A-
 chillis exuvias, Achillis arma intellige; quibus
 Achilli quidem, sed Patroclo direpta. Ita
 repetisset, sociam totius Græciæ bello repe-
 tit, recepitque tandem everto Trojano re-
 gno: & contenta navi, postobitavum erro-
 ris annum domum rediit.

Exspectate venis? ut te post multa tuorum
 Funera, post varios hominumque urbisque labores
 285 Defessi aspiciamus? quæ causa indigna serenos
 Pœdavit vultus? aut cur hæc vulnera cerno?
 Ille nihil: nec me quærentem vana moratur:
 Sed gravior gemitus imo de pectore ducens,
 Heu fuge, nate Dea, teque his, ait, eripe flammis.
 290 Hostis habet muros, ruit alto a culmine Troja:
 Sat patriæ Priamoque datum: si Pergamæ dextra
 Defendi possent, etiam hæc defensa fuissent.
 Sacra, suosque tibi commendat Troja Penates:
 Hos cape pererrato statuas quæ denique ponto.
 295 Magna pererrato statuas quæ denique ponto.
 Sic ait, & manibus vitas, Vestamque potentem,
 Æternamque adytis effert penetralibus ignem.
 Diverso interea miscetur mœnia luctu:
 Et magis atque magis (quamquam secreta parentis
 300 Anchisæ domus, arboribusque oblecta recessit.)
 Clarescunt sonitus, armorumque ingruit horror.
 Excitior somno, & summi fastigia tecti
 Ascensu supero, atque arrectis auribus alto.
 In segetem veluti cum flamma furentibus Austris
 305 Incidit; aut rapidus montano flumine torrens
 Sternit agros, sternit fata læta, boumque labores,
 Præcipitesque trahit silvas: stupet inciscus alto
 Accipiens sonitum faxi de vertice pastor.

venis? quomodo te videmus lassos post multas neces tuorum, post diversos & virum labores? quæ causa indigna macularit pulchram faciem? aut quare video has plagas? Ille nihil ad hæc dixit: nec responsis desinet me potentem inuita: sed ægre trabens gemitus ex intimo pectore, Heu! fuge, nate Veneris, & te, inquit, salvabere huic incendio. Hostis tenet urbem, cedit ab alto vertice Troja: satisfecimus patriæ & Priamo: si Troja manu aliqua servari posset, hæc mea etiam fuisset servata. Troja commisit tibi sua sacra, & suos Deos: accipe hos casuum tuorum locos; quare illis urbem, quam tandem magnam condere pererrato mari. Sic locutus est, & manibus exportat ex adytis intus insulas, & potentem Vestam, & ignem inextinguibilem. Interim urbs inurbatur vario ululatu: & quomodo domus patriæ Anthisæ separata, & cincta arboribus submovetur, magis & magis auditus sonus, & horrore armorum ingruit. Excitior & somno, & ascensum supero, atque arrectis auribus tecti, Et sic alacris auribus. Sicut quando ignis raptus scelerosis cecidit in segetem: aut quando præcepi torrens montanis undis vagat agros, vastat segetes fertiles & labores boam, & rapit arbores in præcepi: tunc pastor ignavus, obstupescit audiens sonum ex alto cacumine ripis.

Tum

Tunc

N O T Æ.

291. Pergamæorum.) Arx Trojæ; Æn. I. 470.
 293. Sacra suosque. &c.) Per sacra, res eas intelligit, quæ ad caeremonias Deorum pertinebant; ut vitæ, insulæ, de quibus supra v. 133. pepla, de quibus Æn. I. 484. Per Penates, Deorum domesticorum simulacrâ, de quibus infra, v. 717. Per Vestam vel unum ex illis Penatium simulacris, vel ignem ipsum æternum erat enim Ovid. Fast. 6. 291. Nec tu aliquid Vestam, quem penetrabilibus, in voce penæ, Æn. I. 708. De Austris, ventis meridionalibus. Ecl. 2. 58.
 310. Deiphobi.) Priami filius fuit, qui postquam Paris a Pyrrho occisus est, Helenam duxit uxorem, cujus dolo inter primos interfecit. Servius est, ut fuisse describitur Æn. 6. 495. De Vulcanus, qui pro igne hic sumitur, Georg. I. 295.
 312. Ucalegon: Sigea igni freta, &c.) Ucalegon,

Tum vero manifesta fides, Danaumque patecunt
 Insidias. Jam Deiphobi dedit ampla ruinam,
 310 Vulcanus superante, domus: jam proximus ardet
 Ucalegon: Sigea igni freta lata relucet.
 Exoritur clamorque virum, clangorque tubarum.
 Arma amens capio, nec fat rationis in armis:
 315 Sed glomerare manum bello, & concurrere in arcem
 Cum sociis ardent animi: furor iraque mentem
 Præcipitant, pulchrumque mori succerit in armis.
 Ecce autem, telis Panthus elapsus Achivum,
 Panthus Otrιάdes, arcis Phœbique sacerdos,
 320 Sacra manu, victorque Deos, parvumque nepotem
 Ipse trahit, cursuque amens ad limina tendit.
 Quo res summa loco, Panthu? quam prendimus arcem?
 Vix ea fatus eram, gemitu cum talia reddidit:
 Venit summa dies & ineluctabile tempus
 325 Dardaniæ: fuimus Troes, fuit Ilium, & ingens
 Gloria Teucrorum; ferus omnia Jupiter Argos
 Transfluit. Incenso Danai dominantur in urbe.
 Arduus armatos mediis in mœnibus astant
 Fundit equus, victorque Sinon incendia miscet
 330 Insultans: portis alii bipatentibus adsunt,
 Millia quot magnis nunquam venero Mycenis:

Obse-

Tunc vero clara fuit veritas verborum Hætoris, & apparent fraude Græcorum. Jam domus magna Deiphobi fecit ruinam, igne vincente: jam domus vicina Ucalegonis ardet: promontorium Sigeum late relucet flammis. Assillitur clamor virorum, & fremitus tubarum. Antonius arma sumo, nec satis erit rationis, cur sumerem arma: sed cupit animus colligere iuriam ad puniendam, & convolare in arcem cum sociis: furor & iracundia impellit animum, & venit in mentem gloriosum esse mori sub armis. Ecce autem Panthus elapsus ex armis Græcorum, Panthus Otriei filius, sacerdos Phœbi & arcis, rapit ipse manu res sacras, & Deos sepelitur, & parvum nepotem: & exanimatus currendo tendit ad januam meam. O Panthu, dixit, quo in statu summa res est? quam in arcem currimus? Vix ea locutus eram, cum telia respondet gemens: Venit ultima dies & tempus ineluctabile Trojanis: perimus Trojani, perit Troja, & magna gloria Teucrorum: crudelis Jupiter omnia transfluit ad Argivos. Græci regnant in urbe: arduus altus flans in medio murorum emittit milites, & videtur Sinon spergit incendia illudens: totque alii intrant portis utrimque apertis, quot millia nunquam venero & magna urbe Mycenis:

alii

N O T Æ.

legon, senex, unus e Consiliariis Priami;
 Ucalegon ponitur pro domo Ucalegonis. Sigea.) Sigeum, & Rhœtium: promontoria duo Troadis, non longe ab urbe Troja. Freta dixit, pro mari Hellepontico, quod regionem Iliam aluit, & proprie iterum est.
 319. Panthus Otrιάdes, &c.) Otriei filius, sacerdos Apollinis, qui in arce celebratur: licet enim arx Trojana præcipue sacra esset Palladi, ut deinde Romanum Capitolium fuit, utraque tamen sedes Diis aliis compluribus dicata erat. De Phœbo, Ecl. 3. 62. 104. De Achivis, Græcis, Æ. I. 492.
 321. Limina.) Legunt alii limora, nec male. Servius & Donatus retinent limina: & hinc Æneæ virtutem exaggerant, cuius in domum, & Hætor & Panthus sacra deterebant.
 322. Quam prendimus arcem?) Sensus est, Quam occupabimus arcem? in quam erit concurremus? Maxime enim de arce videtur Ægea.) Sigeum, & Rhœtium: promontoria duo Troadis, non longe ab urbe Troja. Freta dixit, pro mari Hellepontico, quod regionem Iliam aluit, & proprie iterum est.
 319. Panthus Otrιάdes, &c.) Otriei filius, sacerdos Apollinis, qui in arce celebratur: licet enim arx Trojana præcipue sacra esset Palladi, ut deinde Romanum Capitolium fuit, utraque tamen sedes Diis aliis compluribus dicata erat. De Phœbo, Ecl. 3. 62. 104. De Achivis, Græcis, Æ. I. 492.
 321. Limina.) Legunt alii limora, nec male. Servius & Donatus retinent limina: & hinc Æneæ virtutem exaggerant, cuius in domum, & Hætor & Panthus sacra deterebant.
 322. Quam prendimus arcem?) Sensus est, Quam occupabimus arcem? in quam erit concurremus? Maxime enim de arce videtur Ægea.) Sigeum, & Rhœtium: promontoria duo Troadis, non longe ab urbe Troja. Freta dixit, pro mari Hellepontico, quod regionem Iliam aluit, & proprie iterum est.
 319. Panthus Otrιάdes, &c.) Otriei filius, sacerdos Apollinis, qui in arce celebratur: licet enim arx Trojana præcipue sacra esset Palladi, ut deinde Romanum Capitolium fuit, utraque tamen sedes Diis aliis compluribus dicata erat. De Phœbo, Ecl. 3. 62. 104. De Achivis, Græcis, Æ. I. 492.
 321. Limina.) Legunt alii limora, nec male. Servius & Donatus retinent limina: & hinc Æneæ virtutem exaggerant, cuius in domum, & Hætor & Panthus sacra deterebant.

14 h

332. An-

Obsedere alii telis angusta viarum
 Oppositi: stat ferri acies mucrone confuso
 Stricta, parata neci: vix primi praelia tentant
 335 Portarum vigiles, & caeco Marte resistunt.
 Talibus Otridae dictis & numine Divum
 In flammis & in arma feror: quo tristis Erinny's,
 Quo fremitus vocat, & sublatus ad aethera clamor.
 Addunt se focios Ripheus & maximus annis
 340 Iphitus, oblatus per lunam, Hypanisque, Dymasque;
 Et lateri agglomerant nostro: juvenisque Choroebus
 Mygdonides: illis ad Trojam forte diebus
 Venerat, infans Cassandra incensus amore;
 Et gener auxilium Priamo Phrygibusque ferebat:
 345 Infelix, qui non sponte praecepta furentis
 Audierat.
 Quos ubi confertos audere in praelia vidi,
 Incipio super his: Juvenes, fortissima frustra
 Pectora, si vobis audentem extrema cupido est
 350 Certa sequi: qua sit rebus fortuna, videtis.
 Excessere omnes adytis arisque relictis
 Dii, quibus imperium hoc feterat: succurritis urbi
 Incenta: moriamur, & in media arma tuamus.
 Una salus victis, nullam sperare salutem.
 355 Sic animis juvenum furor additus. Inde lupi ceu
 Raptores, atra in nebula, quos improba ventris
 Exegit caecos rabies, catulique relictis
 Paucibus expectant sicis; per tela, per hostes
 Vadimus haud dubiam in mortem, medisque tenemus

360 Ur-

alii obstantes occupaverunt armis angustas vias: obstant gladiatorum acies micanti mucrone, nuda, parata ad caedem: vix primi excubitores portarum sustinent pugnam, & resistunt infans certamine. Talibus verbis Panthi, & voluntate Deorum, rapior in arma & in incendia: quo crudeliter Erinny's, quo tumulus, & clamor elatus in caelum me vocat. Adjungunt se focios Ripheus, & grandis aetate Iphitus, occurrentes mihi ad lucem Lunae, & Hypani, & Dymas, & densantur ad latus nostrum. & Choroebus proens Mygdonis illius; forte per illos datus venerat Trojam, ardens magno amore Cassandra, & gener ferebat auxilium Priamo & Trojans. miser, qui non crediderat montis Isoni vocatam. Postquam vidi illos caecos prope esse ad pugnam, de iis rebus sic capsi loqui. O juvenes, corda frustra generosa: si firmum est vobis desiderium sequendi me tentantem extrema: cernitis qui sit status rerum. Omnes dicit, per quos hoc regnum feterat, abierunt desertis altariis & penetrabilibus; vos vero vultis subvertite urbi iam combustae; moriamur potius, & ruamus in medium armorum. Sola saluti via, quae restat victis, est nullam sperare salutem. Sic furor additus est virtuti juvenum. Deinde relictis lupi rapaces, per nebulosum tempus, quos valida ventis ariditas expulsi furiose ex antris, & quos proles vestrae expectat sicis guttibus: ita nos per arma, per hostes, inus ad mortem certissimam, & infimum medicum

N O T A E

332. *Angusta viarum.* Angustas vias: familiaris poetis & historicis locutio infra v. 421.
 334. *Opaca locorum.* Aen. 1. 426. *Strata viarum.*
 335. *Caeco Marte.* Certamine vel obscuro, quia per noctem committebatur, vel infans, quia paucis & improvdis contra multos & paratos. De Marte, belli Deo, Ecl. 9. 12.
 336. *Otridae.* Panthi, qui filius Otrei.
 337. *Erinny's.* Nomen commune tribus furiis: quae, ut *Eumenides*, sic *Erinny's* vocantur: Propert. 1. 2. 16. 29. *Tunc me vel tragice vexerit Erinny's.* Privata singularum nomina sunt, *Alceis, Tiphone, Megara:* de

quibus Georg. 1. 278.
 340. *Oblatus per lunam.* Probat enim Scalliger de emendatione temp. lib. 5. captam esse Trojam circa plenilunium & finem vris: idque etiam patet ex Petronii fragmento de expugnatione Trojae: *Iam luna Phoebe candidior extulerat iubar:* at tum Luna maxime lucida est. Igitur *plentia Lunae*, ut aetate dixit Virgilius, v. 255. *de media nocte* explicanda vult, quod tempus vocatur *contium*, quia tunc tacent omnia: Luna autem nodurni silentii praesens dicitur: unde Horat. Epod. 5. 52. *Nox & Diana una silentium regis.*
 342. *Mygdonides.* Nomen a Mygdone patre, fratre

360 Urbis iter; nox atra cava circumvolat umbra.
 Quis cladem illius noctis, quis funera fando
 Explicet? aut possit lacrymis aequare labores?
 Urbis antiqua ruit, multos dominata per annos:
 Plurima perque vias sternuntur inertia passim
 365 Corpora, perque domos, & religiofa Deorum
 Limina. Nec soli poenas dant sanguine Teucri:
 Quondam etiam victis redit in praecordia virtus,
 Victoresque cadunt Danaï: crudelis ubique
 Luctus, ubique pavor, & plorima mortis imago.
 370 Primus se Danaum, magna comitante cetera,
 Androgeos offert nobis, focia agmina credens,
 Infens; atque ultro verbis compellat amicus:
 Fessinate viri, nam quae tam fera moratur
 Segnitias? alii rapiunt incensa feruntque
 375 Pergama: vos celsis neque primum a navibus itis
 Dixit: & exemplo (neque enim responsa dabatur
 Fida satis) sensit medios delapsus in hostes.
 Oblupuit, retroque pedem cum voce repressit.
 380 Pressit humi nitens, trepidusque repente refugit
 Attolentem iras, & caerulea colla tumentem.
 Haud secus Androgeos visus tremefactus abibat.
 Irruimus, densis & circumfundimur armis:
 Ignorotque loci passim & formidine captos
 385 Sternimus: aspirat primo fortuna labori.
 Atque hic exultans successu animisque Choroebus:
 O focii, qua prima, inquit, fortuna salutis

Mon-

viam urbis: nigra nox errat circa nos caevis tenebris. Quis explicet sermone stragem? Mortes illius noctis? aut possit lugendo aequare illos labores? Perit urbs vetus, quae regnaverat per multos annos: multa inutilia corpora passim funduntur, & per vias, & per domos, & per sacra vestibula Deorum. Nec soli Trojani luunt poenas sanguine: aliquando etiam virtus redit victis in corda, & Graeci victores occiduntur: ubique crudelis est luctus, ubique timor, & multa species mortis. Androgeos primus & Graeci occurrunt nobis, magna turba comitante, putans nos esse agmen factorum, inconsultus, & prior nos alloquitur sermone amico. Proferate, o viri, qua enim tam tarda desidia vos detinet? aliterque alii exierunt Trojam combustam: vos tunc primo ventis ab altis navibus? Sic loquitur est, & statim agnoscit se deventisse in medium hostium, nam non redebat illi ipsi responsa satis iusta. Oblupuit, & retro continuit pedem cum voce. Sicut qui in veribus rigidis impertitis terra calcavit anguem ex improvviso, & subito tremens fugit eum assurgentem in iras, & instantem collum caeruleum. Non aliter Androgeos redebat territis aspectu. Irruimus, & circum miscemus confertis armis: & passim dejicimus Graecos, infensos locorum & metu percitos: fortuna ferebat primis conatibus. Et tunc Choroebus latus successus & animosior ait: O focii, eamus, qua fortuna ostendit viam salutis, & qua

N O T A E

fratre Hecuba Priami uxoris; non a Mygdonia regione; monet enim Servius gentilia nomina vocat. Aeneas juvenum pectora frustra fortissimam, quia eorum fortitudo ad patriae salutem deinceps inutilis erat.
 367. *Quondam.* Aliquando. Sic Georg. 3. 99. *Us quondam in stipulis magnus fens viribus ignis incassum furit.* De Teucris, Trojanis, Aen. 1. 239. De Danais Graecis, Aen. 1. 34.
 377. *Sensit delapsus in hostes.* Id est, se de frusta succurritis urbi incensa. Si vobis cupido caecos sepe audentem extrema, ruamus in media arma, & moriamur. Ego redum, absque traiectione, sensum verborum videre mi-

Hh 2 391. Co-